

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita B. P. Ignatii Qui Religionem Clericorum Societatis  
Iesv instituit**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Ipris Flandrorum, 1612**

3. Angitur scrupulis conscientiæ morbisque tentatur, curatus diuinis  
reuelationibus illustratur. Memoriæ eius monimentum Minoressæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45048**

charistiae mysteria . Tanto denique studio appetitiones animi domabat, easque rationis subiiciebat imperio, ut sibi subtraheret illud omne quod corpus aliquo voluptatis sensu posset afficere. Quocirca licet optimam corporis constitutionem esset ei largita natura , hanc tamen tanta vita asperitas paucis diebus ita afflixit, ut magnam ei debilitatem attulerit.

### CAPVT. III.

*Angitur scrupulis conscientiae morbisque tentatur, curatus, diuinis reuelationibus illustratur. Memoria eius momimentum Minoreffæ.*

**N**eque tamen ista domandi corporis ratio tantum vires eius extenuauit, quantum animi aegritudo scrupulique fregerunt. Etenim quamvis omni cura totius vitae maculas sacra confessione delevisset, vt diximus: Deus tamen qui sic eum exercere decreuerat, ad eum penitus expiandum, tantis animi molestiis exagari permisit, vt nec ab oratione leuamen

Scru-  
puli  
qui-  
bus  
ange-  
batur

men, nec à iejuniis, vigiliis, acerri-  
misque flagellis, vel alio acerbitate  
genere tanto vulneri remedium vl-  
lum acciperet: quin tanta eum vis  
ægritudinis animi id temporis de-  
primebat, vt affixus solo hæreret,  
quasi vndis & tempestate maris op-  
pressus. Atque illa procella tantum  
inualuit, vt quasi amissio gubernati-  
culo, & omni consolatione destitu-  
tus, statuerit neque cibum neque po-  
tionem gustare (nisi de vita pericli-  
taretur) quoad esset optatam animi  
pacem & tranquillitatem adeptus.  
Hac lege sibi indicta, septem ipsos Septē  
dies omni pastu atque potu sese absti- dierū  
nuit, nihil interim de quotidiana sep- inedia  
tem horarum oratione, nihil de trina se ma-  
verberatione, nihil de reliqua exerci- cerat.  
tatione remittens. Et eam quidem  
inediam porrò continuasset, nisi com-  
municato cum eo sacerdote consilio  
cuius in aure peccata deposuerat, is  
omnino id fieri prohibuisset, & cibum  
sumere interposito etiam obedientiæ  
nomine iussisset. Audiens dicto fuit  
Ignatius, quamuis nihil admodum de  
pristinis

pristinis viribus decessisse sentiret.  
Propter quam simplicē obedientiam,  
& inflammatos animi motus cum di-  
uina precatione coniunctos lacryma-  
rumque vbertatem, eum tandem re-  
creare Deo est visum eiusque mentem  
tam noua ac cælesti luce perfundere,

**T**ran- ita animum tranquillare, tamque ad-  
quilli- mirabilem ei spirituum discretionem  
tatem largiri, neminem vt tanta vexaret re-  
animi ligionis anxietas, quem non ab eodem  
obti- ipse cōsultus omni molestia liberaret,  
net, Nec illud modò singulare beneficium  
discre- in eum Deus contulit, sed insuper, vt  
tionē que suo loco dicemus, alia permagna be-  
spiritu- neuolentiæ signa monstrauit, vt illud

**Psal. 93** Vatis usurpare posset. Secundum multi-  
tudinem dolorum meorum in corde meo,  
consolationes tuæ latificauerunt animam  
meam. Tanta porro luce Deus ani-  
mum serui sui vel in his iniiciis collu-  
strauit adeoque accuratum studium  
ipse posuit in notanda ratione, & viâ,  
qua idem Deus ad se regendum, & ad  
cumulatissimæ virtutis gloriam per-  
ducendum vtebatur, vt, licet ad illud  
vsque tempus armorum studio fuisse  
dedi-

deditissimus, & ita litterarum expers,  
vt legere solū nosset & scribere ; li-  
brum tamen sacrarum commentatio-  
num scripserit, doctrina cælestibusque  
delitiis adeo refertum , facile ut per-  
spici possit eum Spiritus Sancti gratia  
edoctum fuisse, qui quod in eo deerat  
scientiæ doctrinæque suppleuerit. Est  
enim incredibile quantum fructum  
ex eo libro postea ceperint qui ad sa-  
cras illas exercitationes & meditatio-  
nes accesserunt , quantaque inde vti-  
litas ad omnem ecclesiam, nec minus  
ad religiosas familias , quam ad alios  
quoscunque peruenierit. Eum librum  
Paulus III. Pont. Max. diligenter exa-  
minatum & expensum breui diploma-  
te approbavit, quo cunctos ad eum le-  
gendum , animumque ad eas medita-  
tiones appellatum hortatur. Sed quia  
hoster Ignatius in seipsum erat durior,  
nec quidquam de solita acerbitate re-  
mittebat, immoderatis laboribus cor-  
poris, & perpetuis animi contentioni-  
bus victus, in grauem morbū incidit,  
cui interea ciues Minoressani omnia  
necessaria magna caritate suppedita-  
bant,

Librū  
exerci-  
tiorū  
con-  
serbit

bant, quorum in animis tanta vis amoris in Ignatium est impressa, ut quamuis octoginta iam anni effluxerint, Minoressa tamē existet etiamnum recens & iucunda memoria, hæreant que vītē illius monimenta non pauca. Incolæ enim & magna vsque hodie pietate frequentant ea loca in quibus ille commorari & orare consueuerat, & eius precibus diuinā opem implorant. Quin etiam Ioannes Baptista Cardona Doctor & Episcopus Vichensis

Pyramis Minoressa resiliens eius scrip-  
tio. (cuius in dioecesi Minoressa sita est) & electus Dertudensis, Minoressa in Ecclesia B. Luciæ antea Valetudinario pauperum, vbi Societas IESV que in auctor Ignatius pœnitentiæ duxit exscriptum, ad memoriam pœnitentiæ illius sempiternam lapideam pyramidem præclara cum inscriptione erigendam curauit, quam, quia res est singularis, hominique regionis illius iudicia de sanctitate Patris nostri testatur, huc afferendam putavi. Est autem eiusmodi.

*Ignatio de Loyola Bertrandi filio,  
Cantabro, Clericorum Societas IESV  
parentis:*

parenti: qui anno ætatis sue trigesimo in  
arce Pampelonensi cum Gallis acriter  
pro patriæ defensione pugnauit, & ac-  
ceptis mortiferis plagiis iisque singulari  
Dei ope curatis, incensus desiderio ad-  
eundi loca sancta urbis Hierosolymorum,  
dedit se in viam votu castitatis obstrictus,  
& relicitis armis quæ tanquam miles  
secum portarat, iisque in æde B. Virginis  
Montiserrati suspensis, sacco uestitus ac  
pænè nudus, cœpit superioris vita peccata  
deflere, & ut nouus Christi miles inedia,  
lacrymis & oratione se met ipsum vlcisci.

In memoriam tantæ rei Deique glo-  
riam, honorem & splendorem Societatis  
eius, Ioannes Baptista Cardona Valentini-  
nus, Episcopus Vichensis, & Dertudensis  
electus, pro suo in ipsius Patris sanctita-  
tem atque eius ordinem amore, hunc la-  
pidem hoc in loco collocandum curauit ut  
sanctissimo viro, cuique vniuersa Chri-  
stiana respublica multum deuincta est.  
Sixto V. Rom. Pont. & Catholico Rege  
Hispaniarum maximo Philippo II.

C A-